



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

Discursus I. Sanctior est Creaturam Maria. Sanctitas Mariæ, Sacræ
Scripturæ figuris & Sanctorum Patrum elogiis explicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)

DISCURSUS I.

Maria sanctior est omnibus creatis.



SS. Trinitatis mysterio per Archangelum Gabrielem legimus sanctificatam B. V. Mariam: *Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Lucæ cap. 1. Sanctior est ergo omnibus creatis B. V. Maria, utpote à SS. Trinitate canonizata, quam indubiam sententiam secuti Sancti Patres, plenis buccis Mariam, *Sanctissimam*, imò Sanctum Sanctorum inter puras creaturas, deprædicarunt. Audiamus Patrum elegantia dicta: *Deum testor, qui in Virgine aderat, si verba divina me non aliter docuissent, hanc (Mariam nempe) verum Deum credidissem; quidem major gloria beatorum videri non poterat, quam illa felicitas, quam tunc (primariâ vice Virginem intuens) degustavi.* scribit S. Dionysius Areopagita in ep. ad S. Paulum Apostol. citatus à Carthusiano ferm. 2. de Nat. *Magnus concursus est populorum, videre Reginam cæli.* scribit S. Ignatius Martyr S. Joanni Evangelistæ. *Pura sanctitas omnem, omnis creaturæ sanctitatem transcendens.* deprædicat Mariam S. Anselmus de Excellent. B. V. cap. 5. *Angelica sanctitas sanctitati B. V. comparari nequit, sicut sol stellas claritate, & lumine transcendit, sic Sanctorum omnium sanctitatis radios, Maria sanctissima supergreditur.* S. Bernardus ferm. 4. de Assumpt. *Tanta est Maria sanctitas, & perfectio, ut eam investigandi, soli Deo præservatum sit.* inquit S. Bernardinus Senens. tom. 4. ferm. de concept. artic. 3. c. 1. Conformiter verbis Salomonis Ecclef. cap. 1. *Ipse creavit illam in Spiritu Sancto, vidit, dinumeravit,*

Patres.
S. Dionysius Arcop.
S. Ignatius Martyr.
S. Anselm.
S. Bernard.
S. Bernardinus Senens.

A & men

- Andreas
Cretensis. *Et mensus est.* Unde B. Andreas Cretensis, Oratione de dormi-
Virg. Mariam intulatur: *Sanctissimum sanctitatu Theotocum.*
O! *Sanctus sanctior, & omnis sanctitatis sanctissime theotocum.*
suspirat ad Virginem Guericus Abbas serm. 4. de Purific. B.V.
- S. Basilius. *Caro Virginis sanctitate compacta est,* scribit S. Basilius homo-
humana Christi generat. *Talis fuit Maria, ut unus cura-*
emissum disciplina sit. infert S. Ambrosius lib. de Virg. in
virtutum conventus reverendum sibi thalamum consecra-
- S. Ambro-
sius. perorat B. Petrus Damianus serm. de Assumpt. *Inter omnia*
tam visibilia quam invisibilia creaturas nihil sanctius invenitur
quam Maria. docet S. Chrysostomus in serm. de B. V. an-
Metaphrasten. *Sancti in celo sunt preciosum aurum, in com-*
paratione Maria arena sunt exigua. scribit Richardus à S. Lau-
rentio lib. 2. part. 3. de Laud. B. V. Finio discursum con-
Hieronymo hom. 9. epist. 10 de Assumpt. ad Paulam & Eul-
chium: *Sicut in comparatione Dei, nemo bonus est, ita in com-*
paratione B. Virginis, nulla sanctior, perfectior creatura in-
veni potest. Divinâ gratiâ audiamus Conceptus.

CONCEPTUS I.

Rupertus Abbas in cap. 1. Matthæi animadvertit, quod
in veteri lege, tertiâ Trinitatis persona S. Spiritus, simpliciter
tantum *Spiritus* nominetur; nempe: *Spiritus Dei; Spiritus Do-*
mini. Ab Archangelo Gabriele quasi primâ vice tertiâ Trini-
tatis persona sancta intulatur: *Spiritus sanctus superve-*
nit in te, Luc. cap. 1. Cur hoc? An antea Spiritus Domini, sanctus
non fuit? Omnino sanctus, imò omnis sanctitatis origo
sed antea sanctitatem nulli tribuit, quàm Mariæ; Mariæ
Magisterium Sanctificatoris, Sancti Spiritus; primus fructus
sanctificationis.

CONCEPTUS II.

Justinus Michoviensis docet, super Litanias Lauretanas
tom. 1. pag. 184. Sanctum esse, idem sonare, ac ab omnibus

caro esse immunem, ac omni virtute perfectum. Ab omni peccato immunis est B. V. Maria: Ita S. Augustinus lib. de natura & gratia: *Excepta Sancta Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, habere nolo questionem.* Et S. Bernardus super Salv. ser. 4. *Innocens o Maria fuisti, tam ab originali, quam actuali veniali peccato.* Maria etiam in omni virtute est perfectissima, teste sponso: Cant. cap. 6. *Una est perfecta mea.* Exinde S. Ambrosius Mariam vocat: *Scholam virtutum.* Et S. Bonaventura in Spec. Virg. cap. 3. *Lib. de Virginit.* *Mare, in quod omnes aqua gratiarum & virtutum confluerunt,* adeo ut juxta doctissimi Idiotæ elogium de contempl. Virg. cap. 2. in Maria fuerit: *Puritas Angelorum, fides Patriarcharum, scientia Prophetarum, zelus Apostolorum, patientia Martyrum.* Si nunc Maria præ omnibus puris creaturis sola sine peccato existit; omnes puras creaturas virtutibus superat; ergo sanctior est Maria universis.

CONCEPTUS III.

Nemo dubitat, ut solem stellas, ita Mariam sanctitate Joannem Baptistam excessisse; sanctitatem Joannis multis Encomiis extollunt Evangelistæ: Mariæ summam sanctitatem tacent. Cur hoc? Respondet S. Thomas à Villa Nova serm. 2. de Nativ. *Non eam Spiritus S. litteris descripsit, sed tibi eam animo depingendam reliquit: ut intelligas; nihil illi gratia, aut perfectionis, aut gloria, quam animus in purâ creaturâ concipere possit, defuisse.* Quid enim, inquit S. Petrus Damiani serm. 3. de Nativ. *quid enim sanctitatis, quid justitiae, quid religionis, quid perfectionis deesse ei potuit, qua totius divina gratia charismate plena fuit?* Sanctior ergo est B. V. Maria universis.

CONCEPTUS IV.

Mons Oreb sanctus dicitur ab ipso Deo: Exod. 3. *Locus, in quo stas, terra sancta est:* Hunc locum & montem sanctificavit

4
 cavit præsentia Dei in rubo. De Maria V. inquit S. Gregorius Magn. in 1. Reg. cap. 1. *Potest montis nomine Beatissima semper Virgo Maria, Dei genitrix designari.* Super hunc montem Christus Jesus verus Deus, quem S. Paulus ad Hebr. cap. 12. ignem consumentem vocat: *Deus noster ignis consumens est,* novem mensibus præsens existit; ergo sancta, imò sanctior universis est B. V. Maria: devota illa muliere affirmante: Luc. cap. 11. *Beatus venter, qui te portavit, & beata ubera, quæ suxisti.*

CONCEPTUS V.

S. Matthæus cap. 1. de S. Joseph testatur: *Non cognovit eam:* Quæ verba non sunt intelligenda de carnali copula aut voluptate; siquidem Joseph, & Maria duo Cherubinitissimi erant; Sanctum Sanctorum Christum Jesum circumstantes: sensum allegatorum verborum explicat Origenes cap. 2. Marc. sic scribens: *Tantus fulgor egrediebatur de virgine Maria, ut Joseph nequiret faciem Virginis intueri, nec agnoscere, aut discernere.* Conformiter scribit S. Epiphanius ser. 72. apud Maldon. in cap. 2. Joannis: Quoties S. Joseph B. V. Mariam intuitus est, vidit de facie ejus splendorem, ut radios solis promicare: qui claritatis, ac luminis radii Mariæ sanctitatis summæ, indicia erant, ut exinde S. Joseph eam non cognoverit, non agnoscere, non discernere potuerit: num pura creatura, vel planè quid divinum sit. Hunc discursum novo conceptu elucidat S. Epiphanius lib. 3. contra Hæreses, hom. 79.

CONCEPTUS VI.

Joannes 19. narrat Christum agonizantem compellere Virginem: *Mulier ecce filius tuus.* Quare Mariam mulierem dicit? Cur non matrem vocat? Est piissima cogitatio mulierum, Christum Virginem Mariam, ideo non vocasse matrem.

trēm, ne majori tristitia cor ejus obrueret: audivisset enim se vocari Matrem; dolor & auctus fuisset, cū Mater filium suum juvare nequiret, dolorem ne augetet, non Matrem sed mulierem compellat: *Mulier ecce &c.* Ast ad meum propositum aptius S. Epiphanius: ex omnibus sensibus corporis Virginis se prodiderant signa summæ sanctitatis Mariæ; ex miraculis, quæ in morte Christi contigerant, Christum Deum esse multi agnoverunt: ita in specie Longinus Matth. 27. *Verè filius Dei erat iste:* Vocasset nunc Christus B. V. Matrem: *Mater ecce filius tuus:* Plebs utique accurrisset videre tam sancti, prodigiosi Viri Matrem; si nunc Virginis Mariæ undique fulgentem sanctitatem, morum innocentiam, & integritatem, constantiam in hac maxima persecutione, patientiam in summa hac tribulatione intuiti fuissent, populi seduci potuissent, ut Mariam non hominem, aut puram creaturam crederent, sed Deam & divinum quid adorantes, colerent, & venerarentur. Tanta perfectio ac sanctitas inerat Virgini Sanctissimæ.

Arcam Domini in veteri lege à Judæis Sanctum, in Epilogus, titulum legimus, inde in tali honore & cultu habita fuit Arca Domini, ut ex respectu & veneratione, ne propius quidem Arcam accederent, sed à longè consistentes eam intuerentur, ut videre est Josue cap. 3. In necessitatibus ad Arcam confugientes unicum afflictorum præsidium ac adjutorium Arcam Domini experti sunt, patet: 1. Regum 14. Mariam Arcam Dei S. Bernardus intitulat. ferm. 2. de Festo Pentec. Verè Arca Dei: in qua non tabulæ legis, sed legislator, ipse Deus; non manna, sed panis vivus Christus Jesus; non mirabilis virga, sed mirabilium patrator, omnipotens Deus, novem mensibus asservatus est. Hanc Arcam Dei Virginem Mariam, ut Sanctissimam post Deum summo honore veneremur: invocemus eam in necessitatibus nostris: *Ad Mariam enim sicut ad medium, sicut ad Arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt, & qui in celo habitant,*

bitant, & qui in inferno, & qui nos precesserunt, & nos
sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nati
ab illis. Illi, qui sunt in caelo, ut resarciantur: & qui in inferno,
ut eripiantur, qui precesserunt, ut Propheta fideles man
niantur, qui sequuntur, ut glorificentur. Ita S. Bernardus
Amen.

*Sanctam mente piâ, colimus te, Virgo Maria
Namq; tuum Nomen, prosperitatis omen
Et velut Arca David ter magnâ sorte beas
Sic tu nos recreas, sanctior Arca beas.*

